Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8146
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

aliud certat. et ideo bs aug. dicit
maior est pugna virginum quam
angelorum et bs Gre. In tota
christianorum martiria sola est
durior castitatis pugna quia
est cotidiana vel continua pu
gna sed victoria. Sed ubi ma
ior est pugna. maior debetur
corona. Angeli enim sine carne
pugnant virgines vero in
carne triumphant. Unde
pie et caste virgines maio
ris sunt meriti quam sint ange
li. Talis vera et pura virgo
fuit bs Io. cuius festum
hodie est. qui propter eius sanctam
vitam et puram virginita
tem meruit in regno ce
lorum iiij. coronis aureis
a domino coronari. Prima co
rona est qua eum rex ce
lestis coronavit vocatur
corona aurea. que est ma
gna et ampla. hec corona
datur communiter omnibus sanctis.
Unde magister hugo. de sancto vic
tore ergo sic diffinit. Coro
na aurea aliud non est quam
quoddam magnum premium regni
celestis quod datur communiter
omnibus sanctis hanc co. por
tat bs Io. in regno celorum
super hanc coronam posuit
sibi dominus tres alias coronas
Unam propter vere virginita
tis. aliam vere predicationis.
Terciam vere martirij et quelibet
istarum dicitur aureola q. parva
coronella. et quamvis parva
sit hec co. tamen maius est premium
et donum quod datur in regno ce
lorum et non datur nisi tribus
generibus hominum. videlicet vir
ginibus. sed tantummodo illis [et non omnibus virginibus]
que sunt virgines corpore men
te et corde. hec co. et datur predica
toribus non omnibus sed tantummodo
veris et non falsis. Videlicet illis
qui quod predicant et alios do
cent. hec et ipsi operibus implent.
Datur et martiribus et non omnibus.
sed tantummodo illis qui propter se
habent causam martirij. quia martirium
non facit hominem esse martirem
sed vera causa. Super hanc co. ponet
tibi p. c. pulcherrime rose
que fulgent et splendent
in regno celorum propter regnum
celorum et quicumque hanc co. portat [similis erit]
in regno celorum ihesu christo quoniam
est simile membrum membro.
sit ille assimulatur etc. Dequo
hugo. aureola est summum
premium in regno celorum secundum
quod membrum assimulatur
christo. has tres co. aureas